

Exercitatio in Psalterium Davidicum.	Ibid.
Exercitatio Analytica & Theologica in Psalmos.	1129
Quaestio I. De multiplici divisione Psalmorum.	Ibid.
Quaestio II. De sex ordinibus Psalmorum.	Ibid.
Quaestio III. De objecto attributionis Psalmorum.	Ibid.
Quaestio IV. De Epigraphe, Auctore, numero & ordine Psalmorum.	1131

Exercitatio Analytica & Theologica in Canticum Canticorum.

Quaestio I. Utrum sacrum hoc Canticum sit pictura symbolica status ac praecipuorum eventuum Ecclesiae Dei ante adventum Messiae.	1132
Quaestio II. De prophetica & mystica expositione Cantici Canticorum.	Ibid.

Exercitatio Isagogica ad Elegias sacras Jeremiae Prophetae.

Quaestio unica, de argumento, artificio, & metro Lamentationum.	1135
Exercitatio Analytica in Lamentationes Jeremiae.	1136
Quaestio I. De Lamentatione prima.	Ibid.
Quaestio II. De Lamentatione secunda.	1137
Quaestio III. De Lamentatione tertia, quae potissimum est de Christo.	1138
Quaestio IV. Quomodo tres praefatae Lamentationes sensu literali & primario intelligantur de Christo.	Ibid.
Quaestio V. De lamentatione quarta.	1139
Quaestio VI. De Oratione Jeremiae.	1140

Theologia Prophetica, quae breviter exponit oracula Prophetarum.

Exercitatio Chronologica in XVII. Prophetas.

De Isaia, Jeremia, Ezechiele, Daniele, & Baruch.	1141
Deinde de Osea & caeteris minoribus Prophetis.	1142
De ordine temporis Prophetarum inter se.	1144

Exercitationes in Psalmos sex priores.

In Psalmum primum exercitatio Critico-Mystica.	Ibid.
Mystica expositio ejusdem Psalmi primi.	1146
In Psalmum secundum expositio literalis & Mystica.	1147
Similiter in Psalmum tertium, quartum, quintum & sextum.	1150. & seqq.

<i>Index Operum Hieronymi ex editione Erasmi.</i>	1161
<i>Index Operum sive quinque Tomorum Hieronymi ex editione hac Parisina & Benedictina.</i>	1186. vide & alia pag. 1194. 1196. & 1198.

INCIPIT VITA



Magistrorum Silentia profert rabies Discipulorum. Ep. 43. ad. 66. Thomas/fin. Sculptor. Reg. Sculp.

INCIPIT VITA SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI.



HIERONYMUS noster in oppido Stridonis, quod a Gothis nunc eversum, Dalmatiae quondam Pannoniaeque confinium fuit, patre EUSEBIO natus est. Vestem Christi puer Roma suscepit, ibique litteris Graecis ac Latinis a primavo eruditus est. In

arte quidem Grammatica DONATUM habuit praecceptorem, in Rhetorica autem VICTORINUM oratorem. Postquam verò omnem mundanorum studiorum litteraturam adeptus est; probatissimorum quoque Monachorum habitum factumque imitatus est. Cupiditatem siquidem animae jugi sinceritate calcans; voluptatemque corporis perenni frangens jejunio, plerosque virorum bonorum & religiosorum meliores fore suo docuit instituto.

Quodam igitur tempore, dum ex more idem Hieronymus, divina ad legendum pandit volumina, & mortalem bibliothecae suae auctorem Tullium recordatur. Mox caelitus, ne tales quandoque revolveret libros, salutifero castigatus est verberere. Ita enim ipse de se ad Eustochium virginem scribens asserit: Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & (quod his diffidulus est) consuetudine lautioris cibi propter caelorum me regna castrassem, & Jerosolimam militaturus pergerem, bibliothecam, quam Romae cum summo studio ac labore confeceram, carere non poteram. Ita miser ego lecturus Tullium jejunabam; post nocturnum crebras vigiliis; post lacry-

mas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat * Plato fumebatur * Placuit in manibus. Si quando in memetipsum reverfus, Prophetas legere coepissem; sermo horrebat incultus: & quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum culpam putabam, sed solis. Dum me itaque antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus meum invasit exhaustum; & sine ulla requie (quod dictum quoque incredibile sit) sic infelicia membra depaesta sunt, ut ossibus vix haerent. Interim parabantur exequia, & vitalis animi calor toto frigescente jam corpore, in solo tantum tepente pectusculolo palpitabat: Cum subito raptus in spiritu ad tribunal judicis pertrahor, ubi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut projectus in terram sursum aspicere non aude-rem. Interrogatus conditionem, Christianum me esse respondi. Et ille qui praesidebat: Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus. Ubi thesaurus tuus, ibi & cor tuum est. Illico obmutui, & inter verbera (nam caedi me iusserat) conscientiae igne magis torquebar, illum mecum versiculum reputans: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Clamare tamen coepi & ejulans dicere: Miserere mei Domine, miserere mei. Haec vox inter flagella resonabat. Tandem ad praesidentis genua provoluti qui assistebant precabantur, ut veniam tribueret adolescentiae, & errori locum poenitentiae commodaret, exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum aliquando legissem. Ego qui tanto constrictus articulo vellem etiam majora promittere, dejerare coepi, & nomen ejus obtestans dicere: Domine si a unquam habuero codices saeculares, si legero, te a negavi. In haec sacramenti verba dimissus revertor a

Tom. V.

A

